

PA  
3973  
H62W5



# INDEX SCHOLARVM

IN

## VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE AESTIVVM

**ANNI MDCCCLXXXII**

**A DIE XV MENSIS APRILIS**

HABENDARVM.

---

I N E S T

V DALRICI DE WILAMOWITZ MOELLENDORFF  
DE EVRIPIDIS HERACLIDIS COMMENTATIVOCVLA.

---

**GRYPHISWALDIAE**

TYPIS FRID. GVIL. KVNKE

MDCCCLXXXII.

PA  
E773  
H62:J5



900720

# UNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

R E C T O R

LEONARDVS LANDOIS

CVM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

---

In Euripidis Heraclidis praeconem Argivum proprio nomine destitutum esse primus observavit Petrus Elmsleius. sed qui cum Copreum appellavit grammaticus, ex cuius recensione codex ille pendet cuius duo habemus apographa, non solum vulgarem famam sequebatur, sed ipsius Euripidis mentem assecutus esse potest videri. namque hos versus Homericos (O 639) *Ἡερικίτην Κοπρήος φίλον υἷόν, ὃς Εὐρύσθητος θέθλον ἀργεῖόν σῆχεσσε βίη Ἡρακλεΐδι,* aperta imitatione exprimit Iolaus Euripideus 52 *ὦ μίσος, εἶθ' ὄλοιο γῶ πέμψας σ' ἀνήρ, ὡς πολλὰ δὴ καὶ τῶνδε γενναίῳ πατρὶ ἐκ τοῦδε πάλτοῦ στοματός ἤργεϊλας κακὰ.* crederes neminem hoc posse latere: spectatoribus certe tam notam rem fore credebat Euripides, ut inutili appellatione praeconis veste satis significati supersedere mallet. nihilo tamen secius nuper extitit qui hos tres versus 'falsi πᾶθος plenos' trucidaret: prorsus enim intolerabile esse quod versui 52 causa absurdissima subiceretur. nimirum nullo telo tam facile conficitur histrionum fraus quam critici ignorantia.

Quo facilior in Copreo, eo difficilior quaestio est, num filiam Herculis quae se pro salute gentis suae morti devovet re vera Euripides nomine carere voluerit. nam nomen eius, quod in argumento Macaria legitur, ab Euripide nunc commemorari nullum idem observavit Elmsleius. sed parata est excusatio, cum Heraclidarum tragoediam minime integram acceperimus et eum ipsum locum. quo primum in scaenam filia Herculis progreditur, hiare haud absurda sit suspicio. ad litem dirimendam visum est circumspicere quaecumque de Macaria illa apud veteres scriptores tradita accepimus. ipsum tragoediae argumentum docet fuisse ante Christum natum qui illam virginem Macariam vocarent. neque inde plus discimus quod in quamvis probis excerptis Florentinis (cod. 56. 1 Westermann Mythogr. 345) inter *φιλαδέλφους* recepta est *Μακκάρια ἡ Ἡρακλεΐδος ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν Θηριμάχου Αἰγυμίου Διοπίθους Κρεοντιάδου σφάρινον ἐκυστήν ἐπιδοῦσα.* nam ipsa nomina inseite immixta sunt, quae partim filiis Megaræ

ab Hercule occisis tribui solent, idque iure, ut Creontides, ex Creonte Megarae patre fictus, demonstrat. praeterea tres tantum auctores, nisi memoria fallit, Macariam nominant, Plutarchus, Didymus, Pausanias. quos singulos audiamus. Plutarchus in Pelopidae vita (21) narrat, eum ante pugnam Leuctricam de somnio Pelopidae ageretur, quo virginem flavam immolare iussus erat, fuisse inter vates qui exempla proferrent Μεγουκέα τὸν Κρέοντος καὶ Μακκαρίαν τὴν Ἡρακλέους et deinceps alios. sed hinc nihil colligitur, nisi in Euripideae fabulae exemplaribus idem nomen iam a Plutarcho lectum esse, quod nos ibidem legimus. nam Heraclidas ei notam fuisse ipse testatur in libello de Stoicorum absurdis scripto 2, neque censendus est antiquae crudelitatis exempla ex historico quem exerberet sumpsisse, immo ignobilem de hominibus a Themistocle immolatis narratiunculam ex Phania Eresio sublegit, quod item ipse testatur in Themistocle 13.

Alterum testem Didymum esse diximus: sed et nomen eius et ipsum testimonium ex indigesta et per scribas editoresque etiam magis perturbata mole proverbiorum enucleandum est. agitur autem de proverbio βᾶλλ' εἰς μακκαρίαν inepte a Macaria Herculis f. repetito, eaque quae maxime huc faciunt per tres canales ad nos pervenerunt. prostant 1) apud paroemiographum aliquem, quem descripsit scholiasta Platonis Hipp. I 293a, minus integrum schol. Venet. Aristophanis Equ. 1157, prima tantum vocabula Hesychius, 2) apud eiusdem paroemiographi epitomatozem Zenobium, in genuina sylloga Milleriana II 67, eum qua consentiunt probi codices BF, quorum lectiones interpolate Zenobio Parisino II 61 Schneidewinus subscripsit; de Parisini interpolationibus infra agitur, 3) apud alium eiusdem paroemiographi epitomatozem, cuius verba in codice Coislino servata sunt, descripta partim a Suida; edidit item ad Zenob. II 61 Schneidewinus. ecce tria testimonia in uno conspectu collocata.

Schol. Plat. Ἡρακλέους θυγατέρα, Μακκαρία τὸ ὄνομα, ἦν λόγος κατὰ τὴν Εὐρυπιδέως ἐπὶ τῆς Ἀθῆνας στρατείαν  
 5 αὐτοκτελευστον ἐαυτὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰς σφαγὴν ἐπιδοῦναι τοῖς σὺν Ἀθηναίοις κατὰ τιμὴν τῆς παιδὸς βᾶλλοντας αὐτὴν ἄνθεσιν καὶ  
 10 στεφάνοις παρακτελεύεσθαι τοῖς ἄλλοις Βᾶλλ' εἰς Μακκαρίαν, ὡς τὴν παρουσίαν παρελθεῖν καὶ ἐπὶ τῶν προθυμουμένων τι, αὐθις δὲ κατὰ  
 15 χρηστικῶς καὶ ἐπὶ πάσης ἀφουσιώσεως. Λοῦρις δὲ φησιν ὅτι αὕτη τὴν πυρᾶν τοῦ

Zenob. Βᾶλλ' εἰς Μακκαρίαν. οἱ μὲν κατ' εὐφημισμὸν ἐξεδέξαντο λέγεσθαι ἀντὶ τοῦ Βᾶλλε εἰς δευκαλιότητα, καὶ  
 5 μακκαρίαν χωρίον ἐν ἧδου διατυποῦσιν, οἱ δὲ τὴν Μακκαρίαν θυγατέρα φασὶν Ἡρακλέους καὶ κατὰ χρῆσιν εἰς ἐκτύσιον θάνατον ἐαυτὴν ἐπιδοῦναι κατὰ τὴν Εὐρυπιδέως εἰς  
 10 τῆς Ἀθῆνας στρατείαν. τὸν σὺν τάφον αὐτῆς ἄνθεσι καὶ στεφάνοις τιμῶντας οἱ Ἀθηναῖοι ὕστερον ἐπέλεγον Βᾶλλε  
 15 εἰς Μακκαρίαν. τὸ μὲν σὺν πρῶτον ἐπὶ τῶν κατ' ἀρετὴν διδόντων ἐαυτοῦς εἰς θάνατον

Coisl. Βᾶλλ' εἰς Μακκαρίαν ἐπὶ τῶν ἐαυτοῦς εἰς κίνδυνον κατ' ἀρετὴν διδόντων. Μακκαρία γὰρ ἡ Ἡρακλέους, ὅτι  
 5 νῆα ἐπεστράτευσεν ὁ Εὐρυπιδέως ταῖς Ἀθήναις, ἐαυτὴν ἐπέδωκε σφαγῆμον ὑπὲρ τῆς τῶν λοιπῶν σωτηρίας. τούτου γενομένου τῶν Ἀθηναίων  
 10 ἕκαστος θαυμάζων τῆς κόρης τὴν ἀρετὴν ὁ μὲν στεφάνους ἐπιβᾶλλον ὁ δὲ ἄνθη ῥίπτων ἐπεφώνει Βᾶλλ' εἰς Μακκαρίαν. οἱ δὲ κατ' εὐφημισμὸν τὸ  
 15 μακκαρία, ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ἐν ἧδου, ἐν θανάτῳ· ἐπεὶ χωρίον ἔφρασκον ἐν ἧδου μα-

πατρὸς κατέσβεσεν καὶ ἐξ  
ἐκείνου παρὰ Μακκαίοσι γενό-  
μισται τῆς θυγατρὸς τῶν  
κηλευμένων ὡς ἂν ὄσι παι-  
δες τὸ αὐτὸ πράττειν ἐπὶ  
τοῖς πατρῶσιν.

v. 1—3 Εὐρυσθέως Hesych.  
— Schol. Aristoph. prima voca-  
bula paullo aliter collocat, v. 8  
παιδὸς αὐτῶν ἄνη καὶ στεφανῶς  
παρ. corrupta praebet. Duridis  
locum omittit. — Schol. Plato-  
nis sic legitur et apud Ruhnke-  
nium et in codice T, quem  
Schanzius legit, praeterquam  
quod v. 9 αὐτόν pro αὐτὸν ibi  
est. fuit olim τὸν τῶν αὐτῶν  
vel simile.

ἡ παρουσία εἶρηται ὑστερον  
δὲ καταχρηστικῶς ἐπὶ πάσης  
ἁρσιώσεως.

v. 5 μακαρίαν γὰρ ἐν ἡδῶν γ. δ.  
B V. 10 ἐπιδοῦναι ἐν τῷ πρὸς  
Εὐρυσθέα πολέμῳ M. 12 αὐτῶν  
M: τῆς Μακαρίας B V (?) 18  
εἶρηται M: ἐλέγετο B V reliqua  
in M deesse videntur.

καρίαν κατ' εὐφημισμὸν κα-  
λούμενον. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο  
καὶ ἐς μακαρίαν λέγουσι καὶ  
εἰς μακαρίαν.

v. 17 ερασκεν vulgo. Suidas  
8 τουτου. 18 καλούμενον omit-  
tit: sed ὅσον εἰς ἡδῶν post lem-  
ma inepte traiecit. peius etiam  
ei codices quos Bernhardyus  
secutus est.

Unum illum scriptorem cuius verba trifariam compilata proposuimus Lucillum Tarrhaecum esse certissime potest affirmari, revocavitque ad eum scholia Platonis et Zenobium suo iure Maximilianus Warnkross qui eruditam de paroemiographis dissertationem nuper consensu et auctoritate nostri philosophorum ordinis edidit (p. 53). sed eo luculentius fraudes convincuntur quae eum vulgo Lucilli verbis insideant nobis quoque olim verba dederunt. in Parisino enim Zenobii codice, secundum quem adhuc semper editus est, inter vocabula genuina στρατεῖαν et τὸν οὖν, quae supra leguntur v. 11 haec intertextata sunt. [μετὰ θάνατον γὰρ Ἡρακλέους διώκοντος Εὐρυσθέως τοὺς ἐκείνου παῖδας καὶ πρὸς τὸν τοῦ Ἑλέου βωμὸν τῶν Ἡρακλειδῶν προσπερευγύτων, Ἀθηναῖοι μὴ ἐκδιδόντες αὐτοὺς πρὸς Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν.] καὶ χρισμοῦ δεθέντος ἀπαλλαχθήσεσθαι τῆς Εὐρυσθέως καταδρομῆς, εἴτις τῶν Ἡρακλειδῶν πρὸς θάνατον ἐκούσιον ἐκδῶ ἐκυστόν, ἡ Μακαρία πρὸς θάνατον ἐκυστὴν ἐξέδοτο [καὶ συμβαλόντες Ἀθηναῖοι νικῶσιν Εὐρυσθέα καὶ πολλῶν πεσόντων Εὐρυσθέα. Ὑλλος ἀπέκτεινε παῖς Ἡρακλέους καὶ αὐτοῦ τὴν κεραιήν πρὸς Ἀλκμήαν ἐκόμισεν, ἡ δὲ κεραιὴ τὸς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυσεν αὐτοῦ.] ex his quae cancellis saepsumus sumpta sunt ex bibliotheca Apollodori II 8 verbis leviter tantum immutatis. sed Zenobii editores cum hoc quidem recte animadverterent, quaerere neglexerunt, unde ea quae Apollodoreis interposita sunt provenerint. possit enim quispiam suspicari haec quoque ex integriore bibliotheca superesse, quam nos non solum in fine mutilam sed omnino corruptissimam accepimus, veluti in ipso capite octavo 2. 4 compluria intercepta sunt. sed hoc loco omnia optime procedunt, interpolator vero Zenobii Macariae mentionem, quae nulla est in bibliotheca, necessario debebat intrudere, ut omnino Apollodoro suo ad hoc proverbium

amplificandum uti posset. itaque verba quidem ipse composuit, narrationem ab altero suo fonte Zenobio mutuatus est. atque ipse quidem nihil nos potest docere novi, utilis vero est ad fraudem etiam nequiores coarguendam. ad Equ. v. 1157 amplum scholion inde ab Aldina editur, quod non ex ipso quidem Parisino Zenobio sed e libro tamen simillimo descriptum est. a probis Aristophanis codicibus hoc scholion alienum est. nec potest legi nisi in recentissimis et post resuscitatam e tenebris Euripidis tragoediam scriptis. nam cum in Parisina interpolatione Apollodorea a Zenobianis secerni possint, hic non solum licenter omnia permixta sunt, sed fabulae sive per licentiam sive ex Pausaniae narratione ita immutatae, ut ab Euripide plane abhorreat, testis excitatur ipse Euripides. quae neminem latebunt, modo gravissima quae excerpimus perlegerit. *οἱ δὲ τὴν Μακαρίαν θρηνητέραν φασὶ τοῦ Ἡρακλέους, ἢ γε κατὰ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς Εὐρυπιδεῶς στραπέξαν, τῶν Ἀθηναίων μὴ ἐκδιδόντων αὐτῶ τοῦς Ἡρακλείδης πρὸς τὸν τοῦ Ἐλέου βωμὸν καταφυγόντας, χρησμοῦ δοθέντος τοῦς Ἀθηναίους νικᾶσθαι, εἴτις τῶν Ἡρακλείδων πρὸς θάνατον ἐκούσιον ἐκδῶ ἐκυστον, κατέσφαξεν ἐαυτήν. ὡς ἐν Ἡρακλείδης Εὐριπίδου.* itaque tantum abest ut hoc scholion inter testimonia tragoediae Euripideae referendum sit, ut nequissima nequam interpolationis interpolatio prorsus de medio tollenda sit.

Ut ultra Lucillum progrediamur contingit nobis per aliquot eiusdem proverbii explicaciones, quae licet in ea quae sola nos tangit sententia referenda multo exiliora sint\*), tamen cum cetera a Lucillo partim aliena sint, fontem quaerere nos iubent, ex quo etiam Lucillus hauserit, quem nemo non suspicabitur Didymum esse, ex cuius amplissimo opere Lucillum pleraque deprompsisse etiam Warnkrossius recte posuit. quamquam nomen grammatici non facimus magni: verus enim et princeps auctor, qui primus proverbium *βᾶλλ' εἰς μακαρίαν* ex Macariae rebus explicabat, ne Didymus quidem est, sed vel ante Didymum quaerendus, hunc indagasse sane expediret: laeus doctrinae alienae, ex quo ad nos rivuli pervenerunt, utrum Didymus an Lucillus an quovis alio nomine appelletur, parum refert. contra id semper adintendum, ut perspiciamus dena vel centena testimonia unius instar esse, et ab eius auctoris testimonio quod recuperare licet sordes alienas detergeamus, antequam ad iudicium de eo ferendum consurgamus. quod, opinor, consecuti sumus\*\*). quid vero roppeimus? anrum an ear-

\*) 1) Timaeus lex. Plat. *Βᾶλλ' εἰς Μακαρίαν ἀντὶ τοῦ βᾶλλ' εἰς ἄδον, ὅθεν τοῖς ἀποθανόντας μακαρίως ἔθος καλεῖν* ἢ ὅτι ἡ Μακαρία θρηνητὴ οἶσα τοῦ Ἡρακλείους ἐκούσα ἐπέφ' τοῖ τῶν Ἡρακλείδων γένους ἀπέθανεν. 2) Scholion brevius ad Aristoph. Equ. 1157 quod Veneto cum minore codice genere commune est, antiquissimum igitur, *ἀντὶ τοῦ εἰς ὄλεθρον, κατ' εἰρημιόμων, ἐπεὶ καὶ οἱ τεθνεώτες μακαρίζονται, ἄλλως Μακαρία Ἡρακλείους θρηνητὴ, ἢ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέφ' ἑαυτῶν ἀποθανόντων πολετελῶς ἐθαψαν.* Sublas dum inde a κατ' εἰρημιόμων haec describit et lemma confecit *μακαρία ὁ ὄλεθρος* et pro insigni suo stupore addidit *θρηνητὴ τοῦ Ἄδου, καὶ παροιμία βᾶλλ' εἰς Μακαρίαν ἀντὶ τοῦ εἰς δικαιοσύνην καὶ γαροληθρίαν,* quae ex Zenobianis detorta sunt. 3) Eustathius ad a 156 (p. 1405 36) (ex Pausania?) *βᾶλλ' εἰς μακαρίαν, ἣσον ἄταγε εἰς ὄλεθρον ἢ εἰς ἄδον, ἐπειδὴ οἱ νεκροὶ μακαρίζονται, ἢ καὶ ἄλλως, ἐπεὶ Μακαρία Ἡρακλείους θρηνητὴ, ὅτε Ἀθηναῖοι Ἐὐριπίδης ἐπιεικέστεροι, ἑαυτὴν ἐπέδωκεν εἰς σφαγὴν ἐπέφ' σωτηρίας τῶν πατριωτῶν.*

\*\*) Postremo, ne quid desit, scholion Aristophanis addimus ex codice Θ in adnotationem criticam receptum. *Παροιμίαι ἀπὸ Μακαρίας τῆς Ἡρακλείους θρηνητῆς ἐπιδοσῶς ἑαυτὴν ὅτι τῶν ἀδελφῶν ἀποθανεῖν, ἐθαψαν δὲ αὐτὴν Ἀθηναῖοι θηριώσαντες καὶ μεγάλως μακαρίσασαιτες.* quae ex eadem fabulae conformatione pendunt: ultima vero ipse scholiasta intempestiva libidine videtur immutasse, nam nomen quidem Macariae fortasse ἀπὸ τοῦ μακαρίζω derivare poterat, proverbium *βᾶλλ' εἰς μακαρίαν* non item.



bones? accepimus Macariam Herculis f. sponte morti se devovisse. cum in bello ab Eurystheo Atheniensibus inlato tale sacrificium ab oraculo flagitaretur. in cuius tumulum cum Athenienses flores et coronas conicerent. ex mutua cohortatione proverbium natum esse. apparet ultimis tantum lincis res Macariae adumbrari. ita ut ab Euripide non dissentiant quidem. sed non magis cum eodem consentiant. quale enim illud oraculum fuerit. cuius manu Macaria occisa. ubi sepulta sit. Didymus non indicavit. at fortasse ea quae de tumulo Macariae ab Atheniensibus pia religione culto narrantur. idonea sunt ad explendam ingentem lacunam. qua Euripideae tragoediae ea scaena periiit. quae obitum Macariae celebrabat. at haec ab ipso grammatico excogitata esse. ut scilicet exclamationem explicaret 'conice in Macariam'. eo magis est manifestum. quo luculentius Euripideus quidem locus. sed non Heraclidarum ille. expressus est. in Hecuba Talthybius de Polyxena haec pulcherrima narrat (571) ἐπεὶ δ' ἀφῆκε πνεῦμα θανασίμω σφακῆ. οὐδείς τὸν κῆτὸν εἶχεν Ἀργείων πόνον. ἀλλ' οἱ μὲν κῆτῶν τὴν θανοῦσαν ἐκ χειρῶν φύλλοις ἐβλάλλον. οἱ δὲ πληροῦσαν πυρὴν κορμῶς φέροντες πευλίνους. ὃ δ' οὐ φέρον πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ' ἤκουεν κλά' ἔσπτελλας. ὦ κλάσπε. τῆ νεάνιδι οὐ πέπλον οὐδὲ κόσμον ἐν χειρῶν ἔχων; οὐκ εἴ τι δώσωσιν τῆ περισσ' εὐκαρδίῳ ψυχῆν τ' ἀρίστην; Euripidem eadem etiam in Heraclidis habuisse nemo facile sibi persuadebit; grammaticus vero a Polyxena ad Macariam transferebat quibus coniecturae quam de proverbii origine commendabat fidem conciliaret.

Ergo nihil nos docuit Didymus quin melius iam sciremus: filiam scilicet Herculis ab Euripide in Heraclidis inductam aliquando Macariam vocatam esse. magni tamen fortasse momenti Duridis testimonium foret. nunc apud solum Platonis scholiastam ex Lucillo servatum. si minus esset ambiguum. videri enim potest Duris tantum morem aliquem Macedonum ab Herculis filia repetere. sed cum saepius proverbiorum origines enarraverit. verisimilius est cum ab ea Herculis filia. quae patris rogam extinxit. i. e. ossa legit. proverbium βλάλλ' εἰς μακχρίαν repetivisse. atqui tum illa patrem post mortem inter deos receptum εἰς μακχρίαν ἐβλάλεν. neque ullo pacto credibile est eam ipsam Macariam esse vocatam. solam probamus hanc explicationem. sed nolumus ea pro fundamento uti. modo id teneatur. Duridem nominis testem esse nullius. neque opus erat ullum ponere. Duridis enim aetate Hercules credebatur in ingenti filiorum prole unam tantum procreasse filiam. cuius miraculi ipse Aristoteles mentionem facere non dedignatus est (hist. an. VII 6 45). cum vero praeter factum ipsum nihil addiderit. ne apud eos quidem qui idem. ex Aristotele nimirum. referunt aut nomen aut res gestae illius filiae produuntur. Euripidis aetate mythographi nondum digesserant prosapiam Heraclidarum. itaque etiam filiarum ingens inducitur numerus (H. 544). post Euripidem si quis de una filia Herculis verba facit. eam utique significatam vult. quae salutem fratrum suo sanguine redemit. censendi igitur sunt et Aristoteles et Duris eandem quam Euripides commemorare personam. sed de nomine ne hinc quidem quidquam edocti sumus.

Restat tertius auctor. sed huic triario quid potest resistere. Pausanias in Atticis (32, 6) tradit Marathone fontem esse Macariam: de quo hanc fabulam ferri. Heraclidas cum patre apud Ceycem exulantes et post patris obitum ab Eurystheo expostulatos suasore ipso Ceyce Thesei auxilium petivisse: tum primum Peloponnesios in Atticam irrupisse. quo in bello cum oraculum Atheniensibus edixisset. voluntariam unius ex Heraclidis requiri mortem.

Macariam Hercules ex Deianira filiam sibi ipsi mortem conscivisse atque ita Atheniensibus victoriam, fonti nomen conciliasse. discrepant haec cum in levioribus ab Euripide tum eo quod Macaria non immolatur sed sua manu moritur. itaque procul dubio erunt qui Pausaniae sedulitatem et fidem extollant, qui ex populari fama eam ipsam exceperit fabulam, cui etiam Euripides tragoediam superstruxerit. at sublesta est Pausaniae fides: qui si quemvis de plebe Marathoniam interrogasset, saltem ab eo errore sibi cavisset, ut Tricorysium fontem in agrum Marathonium transferret. quodsi ne eo quidem quod ad periegetam potissimum pertinebat munere religiose functus est, compilationis est convictus, quamquam summa rei hac observatione non tangitur, siquidem libri a Pausania in Atticis plerumque excerpti, periegesis et Athhis, et vetustate et auctoritate florentissimi sunt. atque ad ipsam Atthidem nos remittit is cuius ope Pausaniae errorem corrigimus, Apollodorus in Catalogo (Strab. IX 377) *Εὐρυσεύς στρατεύσας εἰς Μακκαρίωνα ἐπὶ τοῖς Ἡρακλέους παιδῶν καὶ Ἰόλων βοιωθησάντων Ἀθηναίων ἱστορεῖται περὶ ἐν τῇ μακρῇ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργυρεῖσι περὶ ἔχειν, τὴν δὲ κεραιλὴν χωρὶς ἐν Τρικουρίῳ, ἀποκόβοντος κούτων Ἰολῶν, περὶ τὴν κρήνην τὴν Μακκαρίαν ὑπὸ ἀμαξίτιον, καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσεύος κεραιλή*, subiungimus statim quae ad eandem narrationem faciunt. Schol. Aristoph. Thesm. 896 (Gargettus) *ἐνθα τὸ Εὐρυσεύος ἀπόκειται σῶμα ἐν τῷ ἀρωστηρίῳ \**, eadem exceptis ultimis vocabulis Stephanus Byz. s. v. Γαργυρ. schol. Pind. Pyth. 9. 145 *ἐν τῇ ἀμαξίτιῳ [πλησίον τοῦ πάρου Ἀρωστηρίωνος] εἰσκατέον τὴν Εὐρυσεύος, ἣν καὶ πατήτεν*. sciludenda erant quae scholiasta ex eo Pindari versu quem explicat incautius admiscuit. fieri potest ut Apollodorus vel qui eum excerptis Strabo virginis Macariae mentionem suppresserit, sed ne id quidem fieri non potest ut Apollodorus vel ea qua utebatur Atthis fontem Macariam noverit, nomen virginis non item, nimirum eo perventum est ut habeamus quid recte quaeri et possit et debeat. quaerimus utrum filia Hereulis cum fonte Tricorysio primitus fuerit coniuncta: tum fontis nomen a virgine non potest divelli, ac ne Euripidi quidem reticere nomen licebat, ut a quo vitam virgo omnem accepisset: an virginis immolatio primitus narrata fuerit nulla fontis ratione habita, fontis nymphea celebrata sit nulla heroicae personae ratione habita: tum casu non accidit, ut apud Euripidem neque fontis mentio fiat neque virgo nomine utatur ullo. apparet tertiam litis dirimendae facultatem non esse. cum vero Euripidis tragoedia mutilata sit, lis certo tum demum poterit dirimi, cum idoneum testimonium repertum erit, quo certiores fiamus fuisse cum filia Hereulis aut nullo uteretur nomine aut alio. nam si fabulae origo in fonte ipso sita fuit, quinto saltem saeculo originis illius quemquam nescium fuisse cogitari omnino nequit, quodsi deesset tale testimonium, nulla divinatione posset suppleri, fatendumque esset ingenue rem non liquere, sed praesto est nulli cavillationi obnoxium, schol. Aristoph. Plut. 385, sive potius *τὸ λέων ἐπιτεταδευμένην ὑπομνήματα* ad quae provocatur contra Callistratum Aristophaneum scripta,

\* Quod *ἀρωστήριον* sit ambigi potest: videtur rupis vel montis apex esse, cuius usus admodum memorabile suppetit exemplum. Heraclides qui dicitur in Ceorum republica fabulam narrat de nympheis e Cea insula a leone fugatis *διὸ καὶ ἀρωστήριον τῆς Κέου λέων καλεῖται*. intellegunt promunturium: at superest in Ceo insula rupes in leonis simulacrum caelata, quam ab Heraclide isto dici manifestum videtur. eximium artis maturae monumentum Brendstedius exhibet in splendido quem de Ceo condidit libro t. XI. fieri potest ut ars saxum a natura ludente in leonis similitudinem adumbratum post Heraclidis sive Aristotelis aetatem demum perpoliverit.

commemorant Apollodori Atheniensis picturam in qua erant οἱ Ἡρακλεῖδαι καὶ Ἀλκιμένης καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ Ἀθηναίου κατεύοντες, Εὐρύσθεξ δεδωότες. quam picturam in porticu Atheniensi (i. e. in Pieta porticu) fuisse ex scholio recentiore non tuto collegeris. sed quae vetus ille grammaticus prodit aurea omnia sunt, neque quidquam refert utrum nomina figurarum ex inscriptionibus ab Apollodoro adscriptis sumpserit (quod probandum videtur), an ex probo enarratore addiderit. ergo circa Alcibiadis aetatem in monumento Attico ea filia quae sola inter Heraclidas eminet nomine carebat. consequitur idem in Euripidis tragoedia non ob damnum temporum iniuria inlatum fieri, sed quia Euripides ipse nomen nullum norat. multo post eius aetatem demum fons ei loco qui Eurysthei caput vocabatur vicinus ex eadem historia famam sibi quaesivit et quasi pretii loco suum nomen nobili propter facta nominis vero indigenti virgini concessit. quam popularem famam postquam unus ex ultimis Attidographis (Ister nimirum) recepit, et Pausanias invenit litteris mandatam et Didymi auctor et grammaticus is qui argumentum Heraclidarum scripsit. nobis vero non amplius licet queri, in Heraclidis ante v. 474, ubi Macaria primum procedit, quidquam interisse. ac fatendum est iam nihil esse quod in sententiarum conexu desideretur.

Aliquid indagavimus, necdum vero satis. quae de Macaria colligebamus pusilla erant, sed minime pusillum est quod plura non suppetunt. nam si ab excerpto Florentino, quod cum ipso Heraclidarum argumento coniunximus, recesseris, mythographus non est qui in enarrandis Heraclidarum rebus commemoret victoriam virginis morte redemptam esse. bibliothecae Apollodorea narratio supra proposita est in interpolato Zenobio. Diodorus (IV 57) etiam copiosior est: consentit cum Pausania Heraclidas ad Theseum confugisse, locum exilii Tricorythum nominat, eum pagum, qui Macariam fontem re vera continet: nec tamen de virgine quidquam. neque aliter qui Heraclidarum Atticas res tetigerunt florentissimae aetatis scriptores Herodotus (IX 27) Thueydides (I, 9) Isoerates (paneg. 54—60) epitaphiorum scriptores mentiti nomina Lysiae (11—15) et Demosthenis (8), denique qui uberrime nec solum his exemplis usus Atticas glorias persequitur Aristides (panath. 175 Dindl.). qui fit, ut omnes invictam virginis virtutem reticeant? videtur hoc quoque nunc demum perspicuum esse, postquam constat ne nomine quidem illustrari illam virginem, neque cum ullo loco sacro coniunctam esse, neque quidquam de ea narrari quin in multis multo nobilioribus fabulis multo luculentius recurrat. nihil est, cur totam fabulam ante Euripidem fuisse credamus: simplicissima parata est explicatio. finxit sacrificium Euripides, sive potius ex nobilioribus illis fabulis ad Heraclidas transtulit. addititium autem esse virginis supplicium ex ipsa rerum gestarum serie quam Euripides proponit colligitur. nam fac sine infausto oraculo Demophon rediret: eodem ordine omnia procederent. victoria nunc quoque per Atheniensium et Hylli virtutem paratur, immo Herculis divina ope, ita ut paene obscurum sit, quid tandem virginis caede efficiatur. quae recisa cum mythographis fere consentit Euripides. at herele exempta ea persona quae sola gravioribus misericordiae affectibus nos permovet tragicus spiritus in sanequam exili fabula plane extingueretur. at quid hoc probat? laudandum esse Euripidem qui, cum certas ob rationes Heraclidarum res populo propositurus esset, suo iure usus Hereulis prosapiam generosa filia auxerit, ut in spectatorum animis affectus excitaret tragicos, quae fingendi licentia

ut ab Aeschyli abhorreat religione, Euripidi familiaris est, qui, ut diversa et multa mittamus, eandem fabulam etiam in Thebanas res invexit. quamquam enim nondum videtur observatum esse, tamen, modo quis antiquitates Thebanas paullo diligentius pertractaverit, non desiderabit multis probari, quod asseveramus, Menoeceum Creontis filium omniaque quae de eo in Phoenissis sunt ab Euripide esse ficta\*. quid quod graves causae vel id probabile reddunt, Erechthei filias ab Euripide in Leo filiarum locum esse substitutas.

Quae quoniam admodum probabiliter nobis videmur collegisse, ultro consequitur non solum quaecumque aut de Herculis unica filia aut de Macaria traduntur ex Euripidis Heraclidis tamquam ultimo fonte esse repetenda, sed etiam ab Apollodoro Atheniensi eandem tragoediam pingendo expressam esse, quod magni facimus: videtur enim antiquissima fabula esse quam pictura tragoediae debeat, saltem Euripideae, cum tamen propter ipsam huius facti raritatem facile quispiam rationibus nostris diffidat, utvat alio nomine ostendere quid Heraclidae Euripideae apud Athenienses valuerit, quod ut ad persuadendum apte fiat, disponenda sunt quae de Heraclidarum reditu diversissima narrabantur pro singulorum Graeciae populorum odiis studiisque, praefit autem viam dextro pede Odofredus Mullerus (Dor. I 53).

Peloponnesii Heraclidae, Spartani certe, originem suam a Doride metropoli repetebant, se per fretum inter Rhia interiacens paeninsulam intrasse ac profligatis Aebacis sensim nobilissima quaeque oppida occupasse, affirmat hoc Archidamus Isocratis, idoneus magis etiam auctor quam Ephorus Isocratis discipulus, atque summam rei multo antiquiores elegi confirmant, quos Apollodorus Strabonis (362) apponit Tyrtaeo tributos, ab eisdem vero Spartanis non potuisse victoriam Hylli aut Iolai celebrari, quae Heraclidis liberum in vacua Mycenarum regna aditum parabat, et consentaneum est et futilibus illustratur commentis quibus mythographi utramque narrationem copulant (Diodor. IV 53), melius conveniunt, quamquam primitus convenisse nemo potest spondere, Tegeatarum antiquae laudes, inde ab Hesiodo celebratae, Echonum Tegeae regem Tyndarei generum in ipso Isthmo propulsasse irruptionem Heraclidarum,

\* Mythographos recentioresque omnes scriptores et poetas ex Euripidis Phoenissis pendere nemo mirabitur, qui recte cognoverit, quam ingentem haec potissimum tragoedia plausum tulerit, quae per titulum quamvis argumento minime convenientem atque alias magis apposite usurpatum iam ab Aristotele sine poetae nomine laudatur (eth. IX 6), neque moram facessit quod Pausanias (IX 25) Menoecei sepulcrum vidit; in Thebana potissimum periegesi utpote urbis bis vel ter dirutae recentissima quaeque antiquitatem simulant, sed arrepta indoctorum grammaticorum doctrina nunc plerique Menoecei Euripidei res ad Megareum transferunt Creontis et Eurydicæ filium, de cuius morte nihil compertum habemus nisi quod nuntius de Eurydica moriente dicit in Sophoclis Antigona 1302, *κακίσσα μὲν τοῦ πρὶν θανάτου Μεγαρέως κλεινὸν λόγος αἴθρις δὲ τοῖδε, λοιπὸν δὲ σοὶ κακῶς πράξεις ἐγενήσασα τῷ παιδοκτόνῳ*, unde sequitur libere iudicanti homini, fuisse fabulam de Megareo non minus infelici marito quam Haemo fuit, fortasse item propter patris invidiam, fuisse autem Megareum illum aditum atque strenuum patriæ defensorem ex Aeschyli Thebana fabula constat (472) Menoeceum ut intellegant praecipua opinione moventur qua Sophocli eam quae in Phoenissis est fabulam notam esse sumunt; ut intellegere possint, mutant *λόγος* Bothio duce in *λάγος*, quamquam sic vel de Haemone sors praeclara praedicatur inepte, ac profecto nudum *τοῦ πρὶν θανάτου* non scripisset Sophocles de eo qui se ipsum pro patria gladio percussit, fecissetque et Haemonem et Tiresiam Creontemve filii nuper pro patria mortui memorem, nam quod v. 935 huc trahunt: ibi Creon, urbi, inquit, prodesse Tiresiae vaticinia didici patiundo; quod Iocastæ frater non minus percussus erat quam Menoecei pater, Megareus Megarae frater genuinum Spartorum germen est: Menoeceus insitivum, facit autem, ut par est, ad Megarenses fabulas, in quibus recurrit tamquam Onchesti filius.

interfecto per singulare certamen Hyllō Herulis f. spirant haec genuinam antiquitatem, cum Tegea Spartam aemulabatur, septentrionalis paeninsulae regio Heraclidarum iam a meridie irruentium conatus fortiter repellebat: ac postquam omnia Spartanæ militiae cesserunt, ex Echēmi victoria primipilarem in acie locum Tegeatæ sibi vindicare pergebant, fabulis eorum dudum communi inter Graecos fama sacratis, a quibus non solum pugna Eurysthei sed ipse Eurystheus cum Iolao et Alēmena aliena est. tamen ne Euripides quidem celeberrimi facinoris immemor fuit, neque fuerunt, opinor, spectatores tam immemores quam qui hodie Heraclidas legunt. quid enim? num inconsulto sit ut Hyllus Eurysthemum ad singulare certamen provocet ante pugnam? non tam ut ignavia tyranni proponatur ceteroquin minime abiecti, quam ut illius certaminis mentio tecte iniciatur in quo succubiturus erat Hyllus, solent enim tragici tali artificio alius fabulae aut certe aliter conformatae spectatores commonefacere: quo de more dici possunt multa et elegantia \*). sed nos quae apud Peloponnesios non invenimus iam ab eis Heraclidis repetamus, qui cum irruptionibus in Peloponnesum susceptis abstinuissent, tamen non minore odio in eosdem aliquando populos flagrabant, quorum regna a popularibus eorum sensim occupabantur, itaque in suam quoque ignominiam iactari arbitrabantur Echēmi spolia opima ex Gerania rupe reportata, nec cessavit popularis spiritus fabulam procreare, quae sui herois gloriam etiam per miracula ultra inimicos extolleret. Thebanam fabulam integram quidem nobis invidit Atheniensium cupiditas, quae inde ab Apaturiiis in Bocotorum potissimum iura invadere solet, sed qui unus patriae gloriam vindicat Pindarus est. Pyth. 9, 79 propter victoriam, quam in Iolaiis Thebanis Telesierates Cyrenaeus reportavit, mentionem Amphitryonis filiorum iniecit: *εργον ποτὲ καὶ Ἰόλαον ὄλα ἀτιμωσαντα γιν (sc. κληρον) ἐπταπύλοιο Θήβαι: τον, Εὐρύσθητος ἐπέει κερχλάν ἐπρωθε φασγάνου ἀμυλ κούλιν ενερθ' ὄπῳ γλιν διφρῆλιν Ἀμφι-τρύωνος σάματι.* largam sed Atticam scholiasta exprimit doctrinam, itaque nobis sola poetae verba expendenda sunt. Thebae Iolai facinus viderunt: ergo Thebis fuit, non Marathone, Thebisque expostulabantur Heraclidae. caput abscidit Eurysthei: cur hoc fecit? ubi corpus, ubi caput sepulta sunt? in summo discrimine fortiter fecit (*κληρον ὄλα ἀτιμωσε* efr. Herm. XV 508), post victoriam statim fuit sepeliendus: quaerimus fabulam, cui haec conveniant, sepultus erat Eurystheus iuxta Hyllum in Gerania teste Pausania (l. fin.), nequaquam ex Atheniensium fide, qui tumulum eius Gargetti monstrabant, sed eidem Athenienses, ipso Euripide teste, pugnam quidem sub Minervae Pallēmidis fano accidisse volunt, tamen captum esse Eurysthemum in Gerania, quod ita demum intellegitur, ut Geraniae mentio ne ab eis quidem potuisse credatur omitti, qui sepulcrum sibi vindicarent. pendet igitur ex Thebana Attica fabula, illi vero quam maxime convenire Geraniam tum demum plene intellegetur, cum demonstraverimus, quod nunc non licet, fuisse cum Megaris Bocotiae diceretur regio, ita ut in finibus regnorum pugna accideret. caput Eurysthei abscisum norunt Atthis et bibliotheca Apollodorea. Euripides haec quidem

\*) Possit quispiam vel eatenus procedere ut hinc colligat fuisse ante Euripidem qui Eurysthemum ab Hyllō dixisset occisum esse, sed Iolai propria haec laus in antiqua fabula, et quod mythographi id ipsum ita narrant, debebant propter putidum ieiunae probabilitatis studium robur Iolai per miraculam resuscitatu de medio tollere.

mutavit, sed cum Almenam sub finem tragoediae producit acerbissime captivo Eurystheo illudentem, confitetur notum sibi esse quod in bibliotheca est antiquae crudelitatis exemplum, oculos ex mortuo Eurysthei capite fuso effossos esse ab Almena. haec rursus fabula sola explicat, cur Iolaus caput interfecti hostis obruncarit, nimirum ut aviae deferret confecti tandem inimicissimi domini documentum, atqui Almenam quis negaverit Thebanorum potius esse, apud quos et vixerit semper et mortua sit, quam Atheniensium, neque aliter de Iolao iudicandum, de quo id quidem etiam apud Euripidem est, deorum ope ei in unius horae usum iuventutem redditam esse, sed deinde tragoedia quasi obliviscitur eius personae qua amplius uti nescit, quippe ne a deis quidem iuvenilis roboris una hora impune conceditur: redimenda est ceteris quos fata ferebant effetae senectutis annis, ludibundi poetae est paene puer dubiaque tegens lanugine malas Iolaus (Ovid. Met. IX 399): seriam antiquitatem ea tantum decet fabula quae apud Pindarum est, Iolaum post iuventutem mirifice reformatam summis quidem affici honoribus, sed et supremis, nam inde quod *αζήτων έργω* etiam scholiasta recte conclusit, robur in brevis discriminis tempus concessum significari, neque recte cogitaretur de altera quae item apud scholiastam est fabulae forma, secundum quam ab inferis rediit Iolaus, quae et ignobilis est et a genuina recedit fide: iuventam commodare potest Iuventae maritus, vitam non item.

Restituimus Thebanis sua: de Attica gloria actum est, quae narrabant omnia Thebis mutuati erant Athenienses: quae monstrabant, Eurysthei erant sepulera, debilia hercle monumenta, quae fidem quam adserere volunt inbringunt, inferias sibi fieri vetat Eurystheus Euripideus, nimirum ut nullas sibi fieri excuset, caput vero Tricorythi in via publica conditum pedibus calcatur, quae cultu carent sepulera nulla sunt\*), atque facile vel id perspicimus, cur Thebanam fabulam arripuerint Marathonii, eidem enim a se primis Hereuli deo sacra facta esse iactabant, templum ei fecerant famosum et ludos agebant vel quinto saeculo florentes, de quibus certiores nos faciunt non Athenienses\*\*), qui pagana sacra praee urbanis solent obscurare, sed idem cui genuinam fabulam debemus Pindarus (Ol. 9 et 13, Pyth. 8), Thebani herois religionem sacra ludos Thebis trans Asopum transisse ad Marathonios consentaneum est: cum ludis fabulae arripiebantur quae Thebanorum ludorum origines celebrabant, itaque nihil omnino est cur apud Atticos quidquam peculiare fuisse credatur, quod transferendae Eurysthei eladi ansam praeberet, et ut fuerit\*\*\*), densa nunc premitur nocte, nam quamvis earum quas recensui-

\*) Prava interpretatione Eurysthei sacra inferunt in titulum difficillimum CIG 523, qui nunc plane omittendus est.

\*\*) Harpocrate (s. v. *Ηρακλεια*) teste fuerant qui Marathonias ferias intellegerent apud Demosthenem de fals. leg. 86 et 125; eodem referunt sacra *των Ηρακλιδων* quae ab hieropoeis administrata tradit Pollux VIII 107, utrumque ambiguum est, et apud Pollucem emendatio Iungermanni *Ηρακλιδων* minime certa, Aexonae fuit flamen Heraclidarum, flaminica Iuventae et Almenae (CIA II 581), neque ulla causa est cur Marathoniae feriae fuerint publicae populi Atheniensium, Herculem coli scimus apud Acharnenses Plotheses Cholidas alios, ut urbana suburbanaque mittamus.

\*\*\*) Notandum est quod Aristoteles tradit apud Apollodorum Strabonis 374, Epidaurum a tetrapolis Ionibus illa occasione occupatam esse, orientalem Atticae regionem antiquitus multo coniunctiorem fuisse cum meridionali sinus Saronici litore quam cum Cecropis Erechtheique populo notum est.

mus fabularum Marathonia recentissima sit, tamen et vetusta est et pridem maximam sibi conciliavit auctoritatem. videbimus Euripidis aetate ipsos Lacedaemonios Marathoniis commentis fidem praestitisse: sexto saeculo eadem Hecataeus litteris mandavit. ex cuius genealogiis is qui de sublimitate scripsit nonnulla verba servavit (27) quibus Ceyx Traclinis suae imbecillitatem excusans Heraclidis suadet ut apud alios auxilium quaerant. quod non solum apud mythographos sed etiam apud Euripidem (193) cum Marathonia fabula cohaeret, neque ex alia commode explicari potest: Thebana certe, quae exules omnino non norat Heraclidas, alienissima est. sed quid testes advocamus, cum ipsi fabulae signa antiquitatis insint luculentissima. Marathonia enim est: ad Athenienses, ut verum fateamur, neque laudes haec pertinent neque fraudes. Heraclidae Marathone auxilium impetrant, non Athenis: Eurystheus ad Minervae Pallenis vincitur: transiit ergo, ut de Eleusinio regno taceamus. Cecropiam regionem, neque quisquam ei obstitit. praepostera haec et absurda in finibus quos Solo Atticae circumscripsit: convenientia atque necessaria, cum tetrapolarum res publica tam libera fuit ab Atheniensibus, quam Herculis religio feriaeque vel quinto saeculo sunt. ergo antequam Attica ex compluribus regnis coaluit, haec narrari coepta sunt, ideoque inter pretiosissimas Atticarum antiquitatum reliquias numeranda. quanti momenti esset, si certo constaret, quis ex integra hac memoria Marathonis regnum habuisset. nullum regem nominant Apollodori et verus et ementitus, Theseum, quem exaequatae temporum rationes postulant, antiqua fabula respuit, Diodorus et Pausanias, Demophontem praeter Euripidem Antoninus Liberalis 33, i. e. si scholio fides, Pherecydes, sed qui scholiis illis recte uti didicerit, Pherecydi summam tantum capitis, quae de Alcmene Rhadamanthisque nuptiis est, attribuere audebit: Heraclidarum res ex nescio quo mythographo descripta sunt, quem nemo demonstrabit non ex Euripide tamquam ultimo auctore pendere, ergo ad Euripidem rediit quaestio: apud quem plura etiam explicanda sunt. nam de loco quo fabula agatur nuper, perperam quidem et ita ut insignis levitas perstringenda sit, motae sunt dubitationes: malumus vero enarrare Euripidis artificia quam novicios errores coarguere. Euripides cum neque pugnam neque sepulcrum Eurysthei loco tradito moveret, Marathone consedissee Heraclidas item tradere debebat. ex Iolao chorus quaerit (80), utrum per terram in tetrapolin Marathoniam venerit, an ex eis sit qui trans fretum Euboeam incolent. Demophontis regia ei loco quo Heraclidae confugerunt vicina est, nam et clamoribus accitur et, cum ad contionem habendam peregre abit, Iolaum in domum suam invitat (340). contio habetur, uti par est, in urbe, cuius habitum redux Demophon describit (401). quo in itinere ipse Argivas copias conspexit accelerantes, quamvis nondum τὰδε πεδίον γὰρ i. e. tetrapolin intrassent (393). sunt ergo eodem fere loco quo postea pugnatur, ad Pallenen (841); praeconeum vero ex finibus Megarensium miserant (278). dum pugnatur, chorus Solem et Lunam virtutes suas praedicare iubet ad solium Erechthei in fano Poliadis (754 cf. Herm. XIV 181): cantat ergo longe ab urbe. ipsum vero Athenarum nomen ubicumque ponitur non moenia significat, sed rem publicam (359, 387, 849, 934), ita ut de Athenis tamquam praesentibus Iolaus loquatur (198). apparet Euripidem nihil novasse, nisi quod vitari omnino non posset, quin Athenienses et periculo et laude Marathoniiorum eximerentur, Demophontem igitur Atheniensium eundem et tetrapolarum regem esse, quasi personae tantum regiae communiione iunctis duabus civita-

tibus; diserte vocatur 114 *χωρῆς τῆσδε καὶ πῶλεως ἄναξ*. habitare autem Marathonem debbat rex, ut et optulari statim posset et intellexeretur, cur Heraclidae Marathonem potius quam ipsas Athenas peterent. quae in hac rerum conformatione, si ad singula probabilitatis nomina exigeretur, incredibilia invenirentur. poetam nullo pacto fugerunt, sed suo iure speravit eum qui liberali tragoediam sequeretur animo et deceptum iri et quod deciperetur laetaturum esse. quamquam Euripides non is est qui spectatores in his extraneis rebus cognoscendis morari patiatur: itaque in prologo verba posuit minime ambigua, quae nisi pessime intellecta et idcirco dilacerata essent sola excripsissemus

*πασαί δὲ χωρῆς Ἑλλάδος πεποήμενοι*  
*Μαρχαθῶνα καὶ σαρκαλῆρον ἐλθόντες χθῶνα*  
*καί τε καὶ ἀποζήμεσθα βῶμαι θεῶν*  
 34 *προσωφελήσασιν. πεδὶν γὰρ τῆσδε χθῶνός*  
 36 *κλήρω ἵχλοντας ἐκ γενεῆς Πανδίωνος*  
 35 *δισσῶς καποικίην Θησέως παίδας ἰσχυρῶς*  
*τοῖσδ' ἰσχυρῶς ὄντας· ὧν ἕκαστι περμονίας*  
*κλήρων Ἀθηνῶν τῶσδ' ἀποζήμεσθ' ἔσται.*

tetrapolin se venisse dicit Iolaus, quia Thesei filii ibi habitarent Heraclidarum (per Pittheum 208) affines: ea de causa se in fines Athenarum venisse 'ad hunc terminum', terminus ille monstratur, adest in scaena, inscriptus nimirum *ὄρος Ἀθηνῶν*: praeterea in aris ante templum sedent: templum Iovis forensis esse v. 70 Iolaus dicit. nec difficile dictu, quale forum fuerit ad terminum: *ἀγορὰ ἐφορῖα*, quam ex antiquissima lege Demosthenes nominat (Aristocr. 39). Iovis autem fuisse tutelam terminorum et ex religione Graeca sponte sequitur et dilucide docet ara Iovis terminalis in Foro terminali Chersonesi apud Hegesippum de Halonn. 10, splendidum sane templum huius dei non fuit ad Marathonem quale Euripides fingit: sed finxit scaenae Atticae causa, quae regiam aut templum solet exhibere. in urbe quidem tale templum cum numquam fuisset, non finxisset Euripides, sicut nosse non poterat aram Misericordiae, ad quam mythographi Heraclidas confugisse volunt (cf. Cydathen. 207): sed in obscura regione obscuraque aetate nihil coerebat fingendi licentiam. ergo haec omnia videntur plana, neque cum his cohaeret causa qua permoti sumus ut v. 36 ante 35 collocaremus, sed quoniam per Theseum Heraclidarum affinis Demopho est, non vero per Pandionem, tetrapolis autem hereditaria eis est per Pandionis filium Lycum (Aegeus enim Cecropiam acceperat), obscurior visus est traditus versusum ordo quam qui ferri posset.

Illustratis eis quae Euripides voluit id quidem non indagavimus, utrum ipse Demophontem primus induxerit, an cum fabulis Marathoniiis acceperit (quamquam temporum rationes, quibus aequalis excidii Troiani heros excluditur, iam tum exaequari coeptae sunt), sed alia quaedam colliguntur. cur Euripides commemorat Eurystheum sedisse cum exercitu in Megaride, dum impudentem praekonem ad regem Atheniensem mitteret\*), mox perniciem *γὰρ τῆ καὶ φαρμάκῃ*

\*) Philostrato teste (vit. soph. II 5) Athenienses Copeum interfecerunt et in impietatis memoriam pulla veste ephobos incedere iusserunt in pompa Eleusinia, donec Herodes Atticus candidae vesti prospiceret.



inlaturus (277)? nonne iubet ita, quod cavendum erat maxime, tetrapolitarum fines cum Atticis conferri? iubet sane, sed non inconsulto. nam recordari iubet Athenienses, eodem loco nuper sedisse Peloponnesiorum regem, misisse praekonem, cuius importuna vox vel a Thucydide mentione digna habita est (II 12), mox oleas vitesque Atticae excidisse, deinde Peloponnesios propter Heraclidarum religionem tetrapoli pepercisse anno 430 scribit Ephorus (Diodor. XII 45), in universum pepercisse Ister (Schol. Soph. O. C. 701), causasque vicorum non vastatorum cum Athenienses rimabantur, tum Herodotus qui tum Athenis nonum librum componebat. hic igitur de Declea diserte loquitur (IX 73): Atheniensium de Heraclidis merita Tegeatis Hylli caedem iactantibus cur opposuerit (IX 27), nunc demum plane perspicimus, apud Euripidem eodem spectant Eurysthei vaticinia, Heraclidis se infestissimum fore ὄτρυν γούλωσι δ᾽εἰς (1035), quod nunc liquido constat de tetrapoli accipiendum esse, quamquam idem e re ipsa colligendum erat collectumque est (Anal. Eur. 152), nam sepulcri religio tantum si hoc ipsum tangitur violatur, Pallenae vero situm nihil patitur occupata Thria, similia atque Eurystheus Oedipus Coloni pollicetur: quando rata fuerint, oraculum docet Βοιωτῶν δ' ἰπποῖο πεπρωτέγγουσι Κολωνῶν (Schol. O. C. 57). item consentaneum est, diras Eurysthei in scaena Attica non potuisse celebrari, si Peloponnesii tetrapolin impune iam vastarant, docta igitur tragoedia est ante aetatem 427, si Thucydides accurate tradidit eo tempore vastata esse ὄσζ ἐν τῆς πρὶν ἐσθλοῦς περὶ ἐλαίπτο (III 26), infestissima in Spartanos odia non solum in singulis verbis haec tragoedia spirat, sed tota extremae partis conformatio hinc demum explicatur, neque sumpsisset omnino hanc fabulam arte sua illustrandam Euripides, nisi ut insigne Atheniensium beneficium in quam ingratos Heraclidas conlatum esset populo suo proponeret. hac de causa mortem Eurysthei, quae digna abiecto tyranno fuerat in vetere fabula, piaculum reddidit ab Atheniensibus alienum, ab Heraclidis non impune commissum, hinc Almenam, cuius ultio crudelis olim visa erat sed iusta, animum induxit atroci iracundia furentem, quae omnia quoniam ex odiis Atheniensium nata sunt, ante Euripidem non possunt narrata esse, ergo ab Euripide inventa sunt, atqui Isocrates (paneg. 60) Eurystheum ab Atheniensibus coactum esse iactat ut captivus Heraclidarum supplex existeret: ergo demonstravimus quod supra pollicebamur, ingentem fuisse apud posteros Euripidis auctoritatem: utique ad popularem quae ex Euripide colorem duxerat, non vero ad ipsam tragoediam Isocrates se applicuit.

Quodsi tantum Euripidis haec tragoedia valuit, oboritur ultima quaestio, unde tandem Euripides ipse hausit, dixeris ex ore Marathoniorum, at Peloponnesii et Herodotus et Thucydides auctor\*) et Hecataeus non possunt ad eosdem omnes deferri, et multi fortasse mirati sunt quod adhuc negleximus Heraclidis Aeschyli tragoediam, cuius fragmentum longe

—

atque hoc quidem titulis confirmatur (CIA III 5, 1132), illud recens videtur commentum, quod invidia peperit non nimis scita: quid enim Cereris sacra ad Heraclidas? commemoramus haec, cum suspicari quispiam possit, Euripidem eo respicere, qui de praecone haec habet, πῶσα γὰρ λίσσιν βασιλεῖοι δοκῶσι ὡς δεῖν' ἑταῖρον καὶ παρὰ μικρὸν ψυχρὸν ἦλθεν διακναῖσαι, quae explicationem nobis videntur aliam admittere, alias proponendam.

\*) Apud hunc (I 9) Eurystheus in Attica ab Heraclidis interficitur, quod videri possit Euripidem presse sequi, sed non minus consentit cum genuina fabula, quae ab Iolao eum narrabat Gargetti caesum, ceterum cum exaequatis Argivorum fastis haec Thucydidea cohaerent, siquidem Atreus Eurystheo in regno Mycenarum vicarius fuisse dicitur, ergo Demophon ab auctore Thucydides inductus non est.

splendidissimum ipsi autē hos quinque annos hoc eodem loco primi edidimus. sed neque inde ad argumentum fabulae quidquam colligitur, neque multa omnino dici possunt. quamquam enim quae Plutarchus habet (de absurd. Stoic. 2) post Euripidei Iolai commemorationem, γερωνε (sapiens Stoicus) ἐκ φουσῶν καὶ ἀισχυρῶν καὶ κατ' Αἰσχύλον "ἐξ ὁσφραζιγῶν καὶ δόδωνοσπιδῶν ἰσχυρῶν γέροντος" ἐπιπέπιδε vix possunt commodē revocari ad alium quam item ad Iolam, tamen sciri quidquam certi posse de fabula Aeschyli nos desperamus. unum sane ipse titulus docet, Aeschylum fuisse qui Marathoniam fabulam ex ore vulgi suscepit, neque fieri potuisse quin pro suae aetatis studiis beneficia Atheniensium et concordiam eorundem Spartanorumque celebraret, fere in eum modum qui in oratione Atheniensium apud Herodotum est; ipsam veterem fabulam Aeschyleae quidem tragoediae idoneum praebere argumentum, atque quaecumque Euripides novaverit etiam magis esse luculenta, si ab Aeschylo sciens deflexerit, denique lugendum sane, sed ingenue fatendum est, hic idem accidisse quod cum alias accidit tum in fabula valde simili, quae est de septem ducum corporibus per Athenienses Eleusine sepultis: praestrinxit Euripidis ingeniosa novitas antiquam Aeschyli simplicitatem.

Dabamus a. d. XII Kal. Febr.



# I. SCHOLAE THEOLOGORUM.

## 1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DR. C. WIESELER, P. P. O. DEC.

I) Publice seminarii theologici exercitationes in Novo Testamento interpretando moderabitur die Merc. hor. X. — II) Privatum I) epistolas Pauli apostoli ad Corinthios datas quater p. h. interpretabitur hor. X; 2) Introductionem in libros Novi Testamenti historico-criticam quater p. h. tradet hor. XII.

DR. I. O. HANNE, P. P. O.

I) Publice praecipuis antichristianismi nostri temporis speciebus eximinatis notionem et veram protestantismi evangelici indolem exponet die Merc. hor. XII. — II) Privatum I) theologiam dogmaticam adumbrabit bis p. h. hor. XII; 2) theologiam practicam tradet bis p. h. hor. XII.

DR. OTTO ZOECKLER, P. P. O.

I) Publice I) historiam theologiae nostrae aetatis initium faciens ab extremis antecedentis saeculi annis enarrabit die Sat. hor. IX; 2) seminarii theologici exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur die Lun. hor. VI et VII. — II) Privatum I) encyclopaediam et methodologiam theologicam docebit dieb. Mart. Iov. Ven. hor. III; 2) historiam dogmatum ecclesiae Christianae enarrabit quinquies p. h. hor. IX.

DR. H. CREMER, P. P. O.

I) Publice I) seminarii theologici exercitationes dogmaticas moderari perget die Mart. hor. VI et VII; 2) instituti theologici practici sodalibus praerit die Ven. hor. VI et VII. — II) Privatum I) epistolam quae ad Hebraeos inscribitur illustrabit quinquies p. h. hor. VIII; 2) theologiam ethicam tractabit quinquies p. h. hor. XI.

DR. I. WELLHAUSEN, P. P. O.

I) Publice seminarii theologici exercitationes in Vetere Testamento interpretando moderabitur die Iov. hor. VI. — II) Privatum I) historiam populi Israelitici tradet dieb. Merc. et Sat. hor. XII; 2) prophetas aetatis Assyriacae interpretabitur quaternis p. h. scholis h. IV.

## 2) PRIVATIM DOCENTIS.

LIC. DR. GHESEBRECHT, PRIV. DOC.

I) Publice Apocalypses Indaeas et Veteris et Novi Testamenti tractabit binis p. h. scholis hor. V. — II) Privatum librum Geneseos interpretabitur quater p. h. hor. V.

## II. SCHOLAE IURECONSULTORUM.

### 1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. E. R. BIERLING, P. P. O. DEC.

I) Publice de fontibus iuris ecclesiastici disseret die Sat. hor. XII. — II) Privatum ius ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum tradet quinquens p. h. hor. XII.

Dr. C. F. W. H. HAEBERLIN, P. P. O.

I) Publice exercitationes criminales instituet die Sat. hor. XI. — II) Privatum 1) ius publicum Germanicum dieb. Lun. Mart. Merc. hor. X; 2) ius administrationis dieb. Iov. Ven. Sat. hor. X docebit; 3) processum criminalem quinquens p. h. hor. XI tradet.

Dr. L. BEBREND, P. P. O.

I) Publice exercitationes iuris Germanici in seminario iuridico instituet die Sat. hor. VIII et IX. — II) Privatum 1) ius Borussiae privatum quinquens p. h. hor. IX; 2) historiam iuris Germanici quinquens p. h. hor. X tractabit.

Dr. L. SEUFFERT, P. P. O.

I) Publice exercitationes exegeticas in Seminario iuridico moderabitur die Ven. hor. V. — II) Privatum 1) institutiones iuris Romani quinquens p. h. hor. IX docebit; 2) processum civilem Germanicum tractabit quinquens p. h. hor. VIII.

Dr. I. BARON, P. P. O.

I) Publice in seminario practicum civile cum examinatorio coniunget die Merc. hora IV et V. — II) Privatum 1) Pandectarum partem priorem (i. e. partem generalem et iura in re) quotidie hor. VIII; 2) ius hereditarium Romanum dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX exponet.

### 2) PRIVATIM DOCENTIVM.

Dr. O. FISCHER, PRIV. DOC.

I) Publice exercitationes processus civilis moderabitur die Lun. hor. IV. — II) Privatum 1) encyclopaediam iuris tractabit dieb. Lun. Iov. Sat. hor. XII; 2) processum civilem Romanum docebit dieb. Mart. et Ven. hor. IV.

Dr. R. MEDEM, PRIV. DOC.

Privatum ius criminale docebit dieb. Iov. et Sat. hor. III et IV, die Ven. hor. III.

### III. SCHOLAE MEDICORUM.

#### 1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DR. FR. MÖSLER, P. P. O. DEC.

I) Publice polielinicas relationes instituet semel p. h. hor. VIII. — II) Privatim 1) diagnoseos physicae morborum internorum alteram partem docebit ter p. h. hor. VIII; 2) exercitationes clinicas et polielinicas medicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. IX usque ad hor. X cum dimid., reliquis diebus inde ab hor. X usque ad hor. XI.

DR. IULIUS BUDGE, P. P. O.

I) Publice de selectis quibusdam anatomiae locis disseret die Sat. hor. X. — II) Privatim anatomiae c. h. partem secundam i. e. organorum urogenitalium anatomiam, angiologiam, neurologiam docebit quater p. h. hor. X.

DR. H. C. A. PERNICE, P. P. O.

I) Publice de morborum mulierum parte II disseret die Lun. hor. V. — II) Privatim 1) theoriam artis obstetricae docebit dieb. Lun. Iov. Sat. hor. XII; 2) exercitationes clinicas et polielinicas gynaeologicas operationesque in phantomate instituendas moderabitur dieb. Lun. Iov. Sat. hor. VIII, oct. dieb. hor. XII.

DR. F. GROHÉ, P. P. O.

I) Publice de tumoribus part. alter. disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) anatomiae pathologicae specialis partem primam cum demonstrationibus tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. VII; 2) cursum anatomiae pathologicae practicum instituet dieb. Lun. et Iov. hor. XII Merc. et Sat. hor. VIII et IX.

DR. C. HUETER, P. P. O.

I) Publice de chirurgiae generalis capitibus selectis disseret dieb. Merc. et Ven. hor. IV. — II) Privatim 1) akiurgiam docebit dieb. Lun. Mart. Iov. hor. IV; 2) exercitationes operandi in cadaveribus instituet cotidie hor. V; 3) clinicen et polielinicen chirurgicam moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X et dimid., dieb. Merc. et Sat. hor. XI.

DR. L. LANDOIS, P. P. O.

I) Publice disquisitiones et physiologicas et histologicas eorum commilitonum, qui in his rebus iam magis versati sunt, moderabitur cotidie hor. def. — II) Privatim 1) physiologiae experimentalis partem alteram docebit cotidie hor. XI; 2) historiam generationis et evolutionis enarrabit dieb. Iov. Ven. Sat. hor. IX; 3) cursum physiologiae practicum et demonstrativum instituet quater et quidem bis binis hor. def.

DR. R. SCHIRMER, P. P. O.

1) Publice de vitiis oculorum opticis disseret die Merc. hor. VII. — 2) Privatum 1) ophthalmiatricen tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. III et die Sat. hor. VII; 2) exercitationes clinicas ophthalmiatricas instituet dieb. Merc. et Sat. hor. III, hominesque oculorum morbis affectos extraneos monstrabit cotidie hor. XII.

DR. A. EULENBURG, P. P. O.

1) Publice de remediis alcaloideis disseret die Mart. hor. II. — 2) Privatum 1) artem formulas medicas rite componendi et dispensandi exercitationes practicas adiuncturus tradet dieb. Merc. et Sat. hor. II; 2) electrotherapiam adiunctis demonstrationibus docebit dieb. Lun. et Iov. hor. II.

## 2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

DR. EICHSTEDT, P. P. E.

1) Publice exercitationes obstetricias in phantomate instituet die Sat. hor. II. — 2) Privatum 1) de cutis morbis demonstrationes practicas additurus disseret dieb. Lun. et Iov. hor. II; 2) de morbis syphiliticis item demonstrationes practicas adiuncturus ager dieb. Mart. et Ven. hor. II.

DR. G. HAECKERMANN, P. P. E.

1) Publice de morbis contagiosis, quoad spectant ad hygienam publicam et sanitatem medicam, disseret dieb. Mart. et Sat. hor. III. — 2) Privatum de medicina forensi ager dieb. Lun. Merc. Ven. hor. III.

DR. R. ARNDT, P. P. E.

1) Publice de neurasthenia disseret semel p. h. hor. def. — 2) Privatum 1) encyclopaediam et methodologiam artis medicae tradet dieb. Lun. et Mart. hor. IX; 2) exercitationes clinicas psychiatrias instituet dieb. Lun. Mart. Ven. Sat. hor. VIII.

DR. P. VOGT, P. P. E.

1) Publice de otiatricis et odontiatricis capitibus selectis disseret die Sat. hor. IV. — 2) Privatum chirurgiae specialis partem alteram, qua de morbis capitis, trunci, organorum uropoeticorum et genitalium agitur, docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IV.

DR. P. KRABLER, P. P. E.

1) Publice de vaccinatione disseret et vaccinandi operationes moderabitur die Mart. hor. XII. — 2) Privatum 1) infantes aegrotos extraneos monstrabit dieb. Lun. Iov. Sat. hor. XII; 2) diagnosticam physicam docebit ter p. h. hor. III.

DR. F. SOMMER, P. P. O.

I) Publice situs intestinorum corporis humani demonstrabit semel p. h. hor. def. — II) Privatum histologiam et anatomiam microscopicam demonstrationes adiuncturus docebit dieb. Lun. Merc. Ven. hor. IV.

**3) PRIVATIM DOCENTIUM.**

DR. A. BENGELSDORFF, PRIV. DOC.

Publice de diaetetice nec non de nutrimentis disseret dieb. Merc. et Sat. hor. IX.

DR. F. DE PREUSCHEN, PRIV. DOC.

Privatum 1) de morbis mulierum disseret dieb. Merc. et Iov. hor. V; 2) operationes obstetricias moderabitur exercitationibusque in phantomate instituendis praeerit dieb. Mart. et Ven. hor. VIII.

DR. A. BUDGE, PRIV. DOC.

Privatum 1) osteologiam et syndesmologiam tractabit dieb. Lun. Mart. Merc. hor. VII. — 2) cursum microscopicum moderabitur dieb. Iov. Ven. Sat. hor. VII et VIII.

DR. BEUMER, PRIV. DOC.

Publice de selectis partibus hygieines publicae et politiae medicae disseret bis p. h. hor. V.

DR. MAX SCHUELLER, PROF., PRIV. DOC.

Ex itinere redux scholas indicabit.

DR. STRUEBING, PRIV. DOC.

De morbis laryngis cum exercitationibus laryngoscopicis practiceis disseret ter p. h. hor. def.

DR. LOEBKER, PRIV. DOC.

I) Publice de operationibus in ossibus et articulis instituendis disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatum de fasciis et instrumentis chirurgicis exercitationes adiuncturus aget bis p. h. hor. def.

---

## IV. SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

### 1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DR. H. ULMANN, P. P. O. DEC.

I) Publice in seminario historico exercitationes ad historiam medii aevi i temporumque recentiorum pertinentes moderabitur die Merc. hor. VIII et IX. — II) Privatum res in Europa gestas inde ab a. MDCXLVIII usque ad a. MDCLXXXVI enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

DR. F. L. HUENEFELD, P. P. O.

I) Publice examinatorium de rebus mineralogicis et chemicis habebit dieb. Lun. et Mart. hor. VII. — II) Privatum I) geologiam docebit dieb. Merc. et Iov. hor. XII; 2) palaeontologiam tradet dieb. Ven. et Sat. hor. XII.

DR. E. BAUMSTARK, P. P. O.

I) Publice societatem publicam conservandam docebit die Lun. hor. III et IV. — II) Privatum principia et capita selecta politicae oeconomicae tradet dieb. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. hor. III.

DR. A. HOEFER, P. P. O.

Propter valetudinem munere lectionum habendarum solutus est.

DR. A. H. A. I. MÜENTER, P. P. O.

I) Publice familias plantarum phanerogamarum selectas illustrabit et excursionem botanicam instituet die Sat. hor. V et VI aut die Solis h. matut. — II) Privatum morphologiam et physiologiam plantarum phanerogamarum et botanicam systematicam docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. V et VI.

DR. F. C. O. L. B. DE FEILTZSCH, P. P. O.

I) Publice geographiam physicam bis p. h. disseret dieb. Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatum physices experimentalis universalis partem secundam et illam quidem, quae de motionibus undantibus agit. quater p. h. docebit dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven. hor. XII.

DR. A. H. BAIER, P. P. O.

I) Publice exercitationes philosophicas, Kantii criticen rationis purae interpretaturus, moderabitur, semel die Sat. hor. V. — II) Privatum I) historiam philosophiae universam tradet quinquies p. h. hor. X; 2) philosophiam religionis christianae docebit ter p. h. hor. def.

DR. H. LIMPRICHT, P. P. O.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae locis disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatum I) chemiae partem priorcm tradet sexies p. h. hor. VIII; 2) praxin chemicam una cum professore Schwanert instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

DR. GUIL. AHLWARDT, P. P. O.

I) Publice grammaticam linguae Arabicae docebit dieb. Lun. et Iov. hor. IV. — II) Privatum I) carmina Hodehitarum explicabit dieb. Mart. Merc. Ven. Sat. hor. IV; 2) grammaticam linguae Turcicae bis p. h.

DR. F. F. C. E. SUSEMIHL, P. P. O.

I) Publice I) historiam prosae Graecae usque ad aetatem Alexandrinam die



Merc. hor. XII: 2) isagogen in studium Platonis et Aristotelis die Sat. ead. hor. tradere perget. — II) Privatim historiam litterarum Graecarum aetatis Alexandrinae enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI. — III) Privatissime sed gratis exercitationes Aristotelicas moderari perget bis p. h. hor. def.

DR. A. PREUNER, P. P. O.

I) Publice exercitationes archaeologicas et mythologicas moderabitur die Sat. hor. III et IV: 2) historiam picturae antiquae enarrabit bis p. h. — II) Privatim mythologiam Graecam artium monumentis illustratam docebit ter p. h. hor. def.

DR. A. KIESSLING, P. P. O.

I) Publice in Seminario philologico et Dionysii censuram veterum scriptorum die Merc. hor. X et XI et Terentii Adelphos die Lun. hor. III interpretabitur. — II) Privatim Horatii carmina enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X. die Mart. h. IV.

DR. GUIL. SCHUPPE, P. P. O.

I) Publice exercitationes philosophicas moderabitur die Merc. hor. VI. — II) Privatim paedagogicam docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. VIII.

DR. GUIL. THOMÉ, P. P. O.

I) Publice seminarii mathematici exercitationes moderabitur die Merc. hor. X et XI. — II) Privatim 1) mechanicam superiorem docebit dieb. Lun. et Iov. hor. X et XI; 2) de lineis et superficiebus curvis disseret dieb. Mart. et Ven. hor. X et XI.

DR. H. SCHWANERT, P. P. O.

I) Publice 1) capita selecta chemiae technicae tractabit die Sat. hor. XI; 2) colloquium de rebus chemicis pharmaceuticis habebit dieb. Iov. et Ven. hor. III et IV. — II) Privatim 1) pharmaciae partem alteram exponet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. VII; 2) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. hor. VII; 3) praxin chemicam una cum professore Limpricht instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

DR. U. DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, P. P. O.

I) Publice in seminario philologico interpretanda proponet 1) Platonis Gorgiam die Iov. hor. III; 2) Calpurnii bucolica die Sat. hor. X et XI. — II) Privatim 1) de Athenarum urbis forma et monumentis disseret dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IV; 2) Euripidis Hereulem interpretabitur eisdem dieb. hor. IX.

DR. A. GERSTAECKER, P. P. O.

I) Publice Morphologiam et dispositionem systematicam Mammalium tradet die Ven. hor. IX. — II) Privatim Zoologiam medicinalem et systematicam docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. IX. — III) Cursum zootomicum praeticum instituet quater p. h. hor. X et XI.

DR. AL. REIFFERSCHIED, P. P. O.

1) Publice 1) in proseminario Germanico exercitationes de re metrica Germanica instituet semel p. h. die Merc. hor. V; — 2) seminarii Germanici sodalibus carmen Nibelungorum interpretandum proponet semel p. h. dieb. Ven. hor. V et VI. — II) Privatim 1) historiae litterarum Germanicarum partem primam inde ab antiquissimis temporibus usque ad annum 1350 enarrabit ter p. h. dieb. Lun. Mart. Iov. hor. XI; 2) de carmine Nibelungorum disseret bis p. h. dieb. Merc. Ven. hor. XI.

DR. E. KOSCHWITZ, P. P. O.

I) Publice capita selecta syntaxeos historicae Francogallicae docebit die Sat. hor. XII. — II) Privatim historiam litterarum Francogallicarum medii aevi tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX. — III) Privatissime et gratis exercitationes societatis Romanensis instituet die Merc. hor. VIII—X.

## 2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

DR. M. SCHOLZ, P. P. O.

I) Publice exercitationes mineralogicas instituet hor. def. — II) Privatim geognosiam tradet dieb. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. IV.

DR. MINNIGERODE P. P. O.

I) Publice exercitationes in seminario mathematico moderabitur die Sat. hor. X et XI. — II) Privatim 1) Arithmeticeen superiorem docebit quater p. h. hor. VIII; 2) Theoriam fluminum electricorum docebit quater p. h. hor. IX.

DR. F. BAUMSTARK, P. P. O.

I) Publice 1) Iotii analysin docebit die Ven. hor. V; 2) de nutrimentis chemice investigandis disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatim chemiam physiologicam medicinae et chemiae studiosis tradet ter p. h. hor. def.

DR. C. TH. PYL, P. P. O.

I) Publice de finibus artium litterarumque atque de artissimo vinculo inter religionem et artes secundum monumenta disseret bis p. h. hor. XI. — II) Privatim historiam monasterii Hildensis tradet bis p. h. hor. XI. — III) Privatissime sed gratis de antiquitatibus Pomeraniae disputationes, necnon exercitationes diplomaticas secundum monumenta artium litterarumque moderabitur bis p. h. hor. XI.

DR. H. ZIMMER, P. P. E.

I) Publice in studium grammaticae linguarum Indogermanicarum comparatae introducet dieb. Merc. Sat. hor. XII — II) Privatum de poësi Vedica disseret et hymnos selectos Rigvedae interpretabitur dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII. — III) Privatissime sed gratis Kālidāsae Meghadūtam interpretandum proponet dieb. Mart. Ven. hor. XI.

DR. RUD. CREDNER, P. P. E.

I) Publice I) physicam oceanii geographiam tractabit semel p. h. hor. VII; 2) de primitiis generis humani semel p. h. hor. def. — II) Privatum geographiam Australiae et Americae docebit quater p. h. hor. VII.

DR. O. SEECK, P. P. E.

I) Publice in seminario historico exercitationes ad historiam Romanam pertinentes moderabitur die Sat. hor. VIII et IX. — II) Privatum ius publicum Romanorum (antiquitates publicas) enarrabit quater hor. XI.

DR. KONRATH, P. P. E.

I) Publice O. Goldschmithii comoediam *She stoops to conquer* interpretabitur bis p. h. — II) Privatum Grammaticam Anglosaxonicam cum interpretatione Cynevulfi poematis quod inscribitur *Elene* quater p. h. adumbrabit.

DR. RICARDUS MUCKE, P. P. E.

I) Privatum I) principia et fundamenta oeconomiae publicae docebit ter p. h. dieb. Mart. Merc. Iov. hor. VII; 2) de arte et methodo statistica disseret semel p. h. die Merc. hor. IV et V. — II) Privatissime et gratis exercitationes societatis politicae moderari perget semel p. h. die Mart. hor. V et VI.

### 3) PRIVATIM DOCENTIUM.

DR. E. VOGT, PRIV. DOC.

I) Publice I) Fausto Goethei carmini praefabitur semel p. h. hor. def.; 2) exercitationes theodiscas moderabitur semel p. h. hor. def. — II) Privatum in lyricam Germanorum medii aevi poesin introducturus carmina selecta saeculi XII interpretabitur bis p. h. hor. def.

DR. ZACHARIAE, PRIV. DOC.

I) Publice I) elementa linguae Sanscritae docebit ter p. h. hor. def.; 2) exercitationes Sanscritas moderabitur bis p. h. hor. def.; 3) comparatam linguarum Sanscritae Graecae Latinae declinationem tradet semel p. h. die Lun. hor. XI.

DR. HOLTZ, PRIV. DOC.

I) Publice calorem radiantem tractabit die Sat. hor. IV. — II) Privatum physicen medicinalem docebit ter dieb. Lun. Mart. Iov. hor. IV.

## ARTIUM MAGISTRI.

DR. MARX, Lector. Privatim 1) exercitationes anglice loquendi instituet ter p. h. hor. def; 2) introductionem in linguam Anglicam dabit atque specimina selecta interpretanda proponet bis p. h. hor. def.

G. BEMMANN, concert. music. director, publice 1) cantum ecclesiasticum docebit bis p. h. hor. def; 2) exercitationes cant. moderari perget bis p. h. hor. VI et VII; 3) artem componendi docere perget diserturus de partitura, quae dicitur, atque usu instrumentorum bis p. h.; 4) de relatione harmonica ac modulatione disseret bis p. h. hor. def.

E. WILMANN, docebit artem delineandi publice quater p. h. hor. def.

II. RANGE, 1) exercitationes gymnicas moderandi praecepta tradet hor. VIII vesp.; 2) exercitationes gymnicas moderabitur binis p. h. hor. vesp. def; 3) instrumenta quae ad corpora exercenda adhibeantur cognoscenda curabit hor. def; 4) artem rudibus batuendi docebit hor. def.

---

## INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt DR. PERLBACH, I. Cust., DR. VOGT, II. Cust., DR. BABAD, III. Cust., dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI—I. dieb. Merc. et Sat. hor. II—IV studiosis patebit.

Museum litterarum curant Professores ZOECKLER SEUFFERT LANDOIS LIMBRICHT KIESSLING.

Seminari theologici exercitationes reguntur ab ORDINE THEOLOGORUM.

Societatis homiletico-catecheticae studia ac labores moderabitur CREMER, Prof.

Seminari iuridici exercitt. moderabuntur BEHREND Prof. BARON Prof. SEUFFERT Prof.

Theatrum anatomicum administrat BUDGE Prof. assistente SOMMER Prof. qui Prosectoris munere fungitur, adiutore A. BUDGE Dre.

Museo anatomico praepositus est BUDGE Prof. adiutoribus SOMMER Prof. et A. BUDGE Dre.

Instituto physiologico praepositus est LANDOIS Prof. adiutoribus NOLTE et THOL.

Instituto pathologico-anatomico praepositus est GROHÉ Prof. adiutoribus LENTZ Dre.

Museo pathologico-anatomico praepositus est GROHÉ Prof. adiutoribus LENTZ Dre.

Collectis praeparatis pharmaceuticis praest EULENBURG Prof. adiutore HUFSCHMIDT.

Nosocomio Universitatis praesunt MOSLER Prof. HUETER Prof. — adminstr. KURHIEFEL — calculatore STEINEL. — assist. HESSE Dre. et BECHTERKIRCH Dre. — adiutoribus DIETRICH et HUETER.

Instituti clinici medici curam habet MOSLER Prof. assistente STRUEBING Dre. adiut. BEHNKE.

Instituti clinici chirurgici curam habet HUETER Prof. assistente LOEBKER Dre. — adiutore SCHULTZ.

Instituti ophthalmiatrici curam habet SCHIRMER Prof. assistente KLOSTERHALFEN Dre.

Instituti obstetricii curam habet PERNICE Prof. assistentibus BEUMER Dre. et PEUER Dre. adiutore BREITKOPF.

Instituto clinico psychiatrico praest. ARXDT Prof. adiutore LEHMANN Drc.

Instrumenta, quae ad physicen pertinent, custodit DE FEILITZSCH Prof. assistente  
W. HOLZ Drc.

Seminari mathematici exercitationes moderabuntur THOMÉ Prof. et MINNIGERODE Prof.

Instrumenta astronomica custodit THOMÉ Prof.

Museo zoologico praest GERSTAECKER Prof

Museo botanico praepositus est MUENTER Drc.

Hortum botanicum curant MUENTER Prof., Dr. GOEZE inspector.

Museo mineralogico praepositus est HËNEFELD Prof. adiutore SCHOLTZ Prof.

Institutum chemicum moderantur LIMPRICHT Prof. et SCHWANERT Prof. adiutoribus F. BAUM-  
STARK Prof. BRUNNEMANN Drc. MUELLER Drc.

Seminarium philologicum moderabuntur KIESSLING Prof. et DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF Prof.

Seminarium Germanicum moderabitur REIFFERSCHIED Prof.

Seminarium historicum moderabuntur ULMANN Prof. et SEECK Prof.

Societatis philosophicae exercitationes moderabitur BAIER Prof.

Gypsothecae et antiquitatum museo praest PREUNER Prof.

Apparatus geographico praest CREDNER Prof.

Museo antiquitatum Pomeraniae praest PYL Prof.

---

## SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VII.			Osteol. et syndesm., ter. Pharmac. p. II, quater. Curs. microsc. pract., ter. Chem. anal., bis. Anat. path. spec., quinqu. Phys. oceani geogr., sem. De vitiis oculor. opt., sem. Geog. Austr. et Amer., quat. Ophthalmiatr., semel.	
VIII.	Epist. ad Hebr., quin- quiens.	Pandect. p. h., sexiens. Proc. civ., quinqu. Sem. Germ., semel.	Curs. microsc. pract., ter. Semin. hist., bis. Curs. anat. path. pract. bis. Chem. P. I., sexiens. Diagnost. phys., ter. Paedag., quater. Polici. relation., semel. Exerce. societ. Rom., sem. Clin. et policiu. gyn., sem. Arithmet. super., quater. Clin. psychiatr., quater. Operationes obstetr., bis.	
IX.	Hist. dogmat., quin- quiens. Hist. theol. nost. aet. semel.	Iust. iur. Rom., quinqu. Ius her. Rom., quat. Ius Boruss. priv., quin- quiens. Sem. Germ., semel.	Encycl. et meth. med., bis. Semin. hist., bis. Hist. evol. et gener., ter. Eurip. Herc., quater. De diaet. et nutrim., bis. Morph. mammal., semel. Curs. anat. path. pract., bis. Zool. med., quater. Clin. et polici. med., quat. Exerce. societ. Rom., sem.	Hist. lit. Francogall., quat. Theol. Illumin. elect., quat.
X.	Epistolae Pauli ad Corinth. quater. Exerce. semin. in N. T. interpret. sem.	Hist. iur. Germ., quin- quiens. Ius publ. Germ., ter. Ius administr., ter.	Anatomiae p. h. II., quater. Sel. anat. loci, semel. Clin. et polici. med., sex. Clin. et polici. chir., quat.	Hist. philos., quinquiens. Sem. philol., bis. Sem. mathem., bis. Mechan. super., bis. De lin. et superf. curv., bis. Curs. zootom., quater. Horat. earm., quater.
XI.	Theol. Ethic., quinqu.	Proc. crimin., quinqu. Exerce. crim., sem.	Physiol. exper., sexiens. Clin. et polici. chir., sex.	Hist. lit. Graec., quat. Sem. philol., bis. Sem. mathem., bis. Mechan. super. bis. De lin. et superf. curv., bis. Curs. zootom., quater. Chem. techn., bis. Hist. lit. Germ., p. I., ter. De earm. Nibel., bis. De finib. art. et lit., bis.

**SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.**

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XI.				Hist. mon. Hild., bis. De antiqu. Pomer., bis. Kalil. Meghadut., bis. Ius publ. Roman., quat. Comp. ling. sancr. etc. declin. sem.
XII.	Hist. pop. Israel, bis. Introd. hist. crit. in N. T., quater. Theol. dogm., bis. Theol. part., bis. De antichrist, spec. et protest. evang. sem.	Encyclop. iur., ter. quinquens. De font. iur. eccl., sem.	Theoria art. obstetr., ter. Curs. anat. path. pract., bis. Clin. et poliel. gyn., ter. Ambul. et clin. ophth. sex. Geogr. phys., bis.	Exam. de reb. miner., bis. Geolog., bis. Palacontol., bis. Physic. exper., quater. Res in Europ. gest. a. 1648 —1786, quater. Hist. pros. graec., sem. Isag. in Plat. et Arist., sem. Synt. hist. Francog., sem. Gramm. ling. in dogerm bis. De poes. vedica, ter.
II.			Exerce. form. med. comp., bis. Electrotherap., ter. Chirurg. spec. p. II, quat. De morbis cutaneis, bis. De syphilide, bis. Exerce. obstetr. in phant., semel.	
III.	Theol. encyclop. et methodol., ter.	Ius crimin., ter.	Ophthalmiatr., quater. De morbb. contagios., bis. Medic. forensis, ter. Clin. ophthalm., bis.	Secur. publ. cons., sem. Oecon. polit., quinq. Exerce. archaeol., sem. Sem. philol., bis. Colloq. chem.-pharm., bis.
IV.	Proph. act. Assy., quat.	Proc. civ. Rom., bis. Sem. Rom. II, semel. Exerce. proc. civ., sem. Ius crimin. Us.	Hist. et anat. microsc., ter. Akiurgia, ter. Chirurg. gener., bis.	Secur. publ. cons., sem. Gram. arab., bis. Carm. Hodseil., quater.


SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	JURIDICAE.	MEDICAE	PHILOSOPHICAE.
IV.			Otiatr. et odontiatr. cap. scd., semel. Chirurg. spec., quater.	Exerce. archaeol., sem. Colleg. chem.-pharm., bis. Horat. carm. sem. De Athen. urb. form., quat. Gæognosia, quater. De calor. rad., semel. Phys. med., ter.
V.	Litr. Geneseos, quat. Sem. Rom. I. semel. Apocal. Vet. at Nov. Sem. Rom. II. semel. Test. bis.		Exerce. oper. in ead. sex. De morbb. mulier., bis. De sel. hygien. et polit. med. partt., bis. Operationes obstetr., sem.	Plant. phanerog., semel. Morph. et physiol. etc. plant., quater. Exerce. philos., semel. Prosem. Germ., semel. Sem. Germ., semel. Lotii anat., semel.
VI.	Exerce. semin. in V. T. interpret. semel. ad hist. eccl. spect. semel. dogm. semel. Exerce. homil., sem.		Exerce. oper. in ead. sex.	Plant. phanerog., semel. Morph. et physiol. etc. plant., quater. Sem. Germ., semel. Exerce. philos., semel. Exerce. cantus, bis.
VII.	Exerce. semin. ad hist. eccl. spect. semel. dogmat. semel. Exerce. homil., sem.			Exerce. cantus, bis.
VIII.				Exerce. gymn. mod. praeec.
Hor. def.			Disqu. phys. et hist. sex. Curs. physiol. pract., quat. Disquiss. pharmacol. De neurasthenia, sem. Operatt. obstetr., bis. Situs viscerum, semel. De morb. laryng., ter. De operat. in oss. et art. sem. De fasciis, bis.	Phil. relig. christ., ter. De sel. chem. locis, sem. Praxis chem., sexiens. duodeciens. triciens. Gram. turcica, bis. Exerce. Aristot., bis. Hist. pict. Graec., bis. Mythol. Graeca, ter. Exerce. mineral., semel.



**SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.**

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
Hor. def.				De nutriment. chem. investig. semel. Chem. physiol., ter. De primit. gen. hum., sem. Goethei Faust, semel. Exerc. theol., semel. Intr. in lyr. Germ. poes. bis. Elem. ling. Sanscr., ter. Exerc. sanscr., bis. Cantus eccl., bis. Art. compon., bis. De relat. harm., bis. Art. delin., quater. Exerc. gymn. — Intr. quae ad com. exerc. adh. — Art. rudib. bat. Goldsmithii she stoops etc. bis. Gram. Anglosax., quat. Intr. in ling. Angl., bis. Exerc. angl. log., ter.



Wilarowitz-Moellendorf  
Ulrich von  
De Euripidis Heraclidis  
commentationcula

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

W  
1973  
H-375

Wilarowitz-Moellendorf,  
Ulrich von  
De Euripidis Heraclidis  
commentationcula

